mōchis.diſpēſare etiā potit cū abbate.ut ex d
Videndū reſtat de diſpēſacōe ſ̄p.c.ſi.
ſup pl̄alitate bñficiorꝝ.ſup quo viden
dū eſt.p quē z in quib⁹ bñficijs diſpē
ſet.z quid iur ſit de hmōi diſpēſacōe. Pri
mo ḡ ſciendū eſt qꝝ bñficiorꝝ aliud eſt ſimplex
aliud duplex ſiue ꝺpoſitū. Simplex bñficiū
dr ſimplex canonia cū p̄benda.vel aliud bñfi
ciū curā aiarꝝ nō hns.z in talib⁹ ut quidā di
cūt.bñ pt eps diſpēſare ex cā ut aliqs habeat
talia plura.ut ex de elec.c.p.xvi.q.j.poſſiones
nā dū ꝺſtituō ut ex de p̄ben.de multa.reſuat
apl̄ice ſedi ſpālit diſpēſandi potatē ſup pl̄ib⁹
ſoātib⁹ z bñficijs curā aiarꝝ hntib⁹ ꝑ ꝺſeqns
relmāre videt aliis ordinarijs p̄tatē ſup ſim
plicib⁹ diſpēſandi.ar.ex de p̄ſump.nōne.xxv.
dī.qualis.ff.de iudic.cū p̄tor.z p ḡriā ꝺſuetu
dinē derogatū eſt illi canoni.lxx.dī.ſcōꝝ.vbi
inducit epō diſpēſandi p̄tas in pluribꝰ p̄ben
dis.quā ꝺſuetudinē dñs papa ſcit z tolerat.et
qđ pmittit durat.ut.ff.qꝝ cuiꝰ.vniū.itē eorꝝ.ſ.
p.Alij vo dicūt qꝝ in ſimplicib⁹ pt epus diſpē
ſare.nam ille antiquꝰ canon ſcōꝝ.niſi corrigat
exp̄ſſe remanet ſil cū nouo.c.d appel.papiniꝰ
in ſi.quotiēs enī noua actio inducit.vetus nō
tollit.niſi ꝑ exp̄ſſe dicat.ff.de act.z ob.quoc.
xxxv.q.iij.de inceſtis.in ſi.qꝝ enī nō mutat q̄re
ſtare ꝓhibet.ut.c.de teſta.ſcimus.ſx.j.ad hoc
ec facit ex de p̄bē.cū iam dudū.in ſi.z de ꝺceſ.
p̄bē.lrās.nec ob.ut dicūt qꝝ d ſcia dñi pape ꝓ
ponit.nā multa p pacias tolerant.que ſi deo u
lta forent in iudicū.nō deberēt mediāte iuſti
cia tolerari.ut in p̄.decre.cū iā.in ſi.ad idē.xxxj
q.j.hac rōe.in ſi.z.xxxij.q.vij.apl̄us.in ſi.por
ēm opinio verior ē z dūit obſuat.vezꝝ tñ epūs
nō pt diſpēſare cū aliq̄ ſup pl̄ib⁹ talib⁹ bñfici
is in eadē eccīa obtinēdis.ꝑut colligit in p̄.de
cre.de multa.c.p.z in p̄.decre.lrās.z.e.t.cum
nris.z ar.ff.ad munic.municipes.ij.xxxvj.d.
acutꝰ.i ſi.Sz qꝝ in dicc.ſua poſſit q̄s talia pl̄a
hre.bñ diſpēſat epūs ꝑm p̄mā opinionē.in di
uerſis aūt epatib⁹ diſpēſare nō pt ꝓpt iur im
poſſibilitatē.quia tenet vtriqꝫ epō obedire.et
ordines recipe ab vtroqꝫ.z ab vtroqꝫ iudica
ri pt.qꝝ eē nō poſſet.ſi ḡria mādarēt.qz nemo
pt duob⁹ dñis ſuire.ut.xxj.q.j.c.j.z.xxvi.dī.
acutꝰ.vnde hmōi ꝓplexitatē ſolus papa tollē
pot.ꝑm.d.m.qui diſpēſando videt ei ꝺcedē qꝝ
eligat cui malūit obedire.ſ.aūt no.ex de elec.
duū.ij.vtriuſqꝫ epi diſpēſacōem neciaz eē.z
ſufficē q̄ ad ꝑ.ar.ex de ſen.ex.cū illoꝝ.ſ.ſi vo.
et de of.archid.ad ꝑ.ſ.ſi.ꝑ ſi p̄mū bñficiū req̄
rebat reſidentiā.diſpēſatio alicui epi nō ſufficit.
ut ille poſſit recipe ꝓpueꝰ poꝛis bñficij.z ſic
pt intelligi pal.c.ſcōꝝ.Itē licet epūs poꝛis bñ
ficij diſpēſare nō poſſit tacite vel exp̄ſſe.ul ſal
tem ſuſtinē ꝑm p̄pz ſine diſpēſacōe qꝝ hēat ca
nonicatū in alio epatu ſi placuerit ſcdo epō.l
ec in ſuo.nō tñ valz eiꝰ diſpēſacō ut ḡ ſtatutū
vel ꝺſuetudinē eccīe habeat p̄bēdā.qz ſic alio
rū p̄bende diminuerent.z eccīis eſt ad ꝓfectū
ut pl̄es habeāt ꝺſiliarios.lxiij.di.ex ꝑ ꝓſeqre
ꝑm papā put no.ex de de.non reſi.c.ſi.Sof.
aūt dixit qꝝ null⁹ ſolo papa excepto.neqꝫ i eo
dē neqꝫ in diuſis epatib⁹ i talib⁹ diſpēſare pt.
Et no.qꝝ exp̄ſſa diſpēſacō neciа eſt in talib⁹.ē
ec neccē qꝝ fiat ex cā.nec intelligit epūs diſpēſa
re cōferendo etiā noto.niſi hoc exꝑmat.qꝝ dic
dic ut.g.ſ.qualit aūt.v.dicūt quidā.z ſeqz.
Quid ſi collacō p̄bēdaꝝ pinet ad regē ul ab
batē ul capitulū vel decanū.nūquid illi potūt
diſpēſare cū aliq̄ in duab⁹ p̄bēdis.videt qꝝ ſic
cū nō ſit eis ꝓhibitū.ar.ex de ſpōſal.cū apud.
ex de trāſlac.mt.poſt medium.ipi enī ita ꝓtunt

ſideꝛare pſone merita·ſicut ⁊ epus·Et ptꝛea
ipi vtunt iuꝛ epi in collaconíbꝫ pbendaꝝ·qre
diſpeſare poterút ſic ille·p rege eſt·ar·ex de cō
ceſ·pben·c·fi·p abbate eſt ar·qꝛ maiora pt̄·ſ·
·ℱ·nūc bꝛeuít·p capło eſt·ar·de ꝺceſ·pben·cū
nr̄is·m fi·de pben·cū nō ignoꝛetis·in fi·⁊ ī p·
·ℱ·nūc bꝛeuít·ꝺ·capłm·Sed díc ḡ·qꝝ nō pñt·
de iuꝛ em̄ ꝺūi null⁹ pt̄ duo bñficia obtinę·ut·j·
ꝺ·illud·⁊ ſpālit pmiſſū eſt epo ut poſſit im ꝫ
cāu diſpeſare·⁊ uus ꝺūe relaxare·ut·ſ·ģ alij ꝫ
ſibi vſurpare nō debent·qꝛ púlegia ſingulǫꝝ
ꝺūem legē nō facúūt·ut·xxvj·q·ij·nō exemplo·
et·iij·dī·púlegúū·qꝺ ſi fecerint tamq̄ violato
res canonū puniēdi ſunt·ut·xxv·q·ij·violato
res·Q aūt rex ꝫ nō poſſit pbaꝛ ex de penis·in
q̄bꝺā·et de of·le·dilect⁹·qꝝ abbas nō poſſit
pbaꝛ ex ꝺ ex·pla·accedētibꝫ·xvj·q·j·in dicim⁹
¶ Quíd ſi papa ita dicit·dilecto filio mgro
guil·duraū·canonico beluaceñ·capellano nr̄o·
ſalutē·ꝺferim⁹ tibi decanatū carnoteñ·non ob
ſtāte qꝝ es canonic⁹ narboñ·⁊ ibi pbendā ob
tines·hꝯ·credo qꝝ abſq; alia diſpeſacōe potero
pbendā narboñ·tenere·cū ſatis apparet inten
tio dñi pape ſup ꝫ·dū dicit·nō obſtāte ꝛc·ut
ex de ꝺceſ·pbē·qꝝ cūctis·ēcīa pbendā aūt bel
uaceñ·licet non poſſit dici lra seu gra ſubꝛepti
cia·p eo qꝝ nō tacuí·ꝫ de hac in ſalutacōne fit
mencō nō intelligit mecū diſpeſaſſe·qꝝ expſſa
diſpeſacō eſt necia·ut ꝺixi·¶ Illud aūt q̄ri cō
ſueuit·vtꝝ quis poſſit de iuꝛ ꝺūi ſine pcto·et
abſq; diſpeſacōe plꝛes pbendas·⁊ pla ſimplí
cia bñficia retiné·⁊ videt qꝝ nō·ut ex de pben·
cū iam ꝺudū·ibi·plꝛes dignates atq; pbēdas·
ꝛc·⁊ m fi·⁊·c·cū nō ignoretis·⁊·c·ſup moꝛdia
ta·vbi ꝫ videt expſſū·⁊·lxx·di·ſcōꝝ·ex ꝺ ceſ·
pben·lras·Rr·tī ḡ·ex de excep·cū eccīaſtice·et
ex de elec·ꝺudū·ij·ꝑpe fi·vbi ꝑhibet aliquis
hꝛe ttulū in diúſis eccīis pꝛochialibꝫ·vñ vi
detur ceꝺi qꝝ poſſit hꝛe ī diúſis ſimplicibꝫ· So·
dicūt quídā quos ꝺ·m·ſequít·qꝝ hodie licz ha
bere plura bñficia ſimplicia·cū ꝺſtitucō de mul
ta·mꝺicat ſolū de duplicibꝫ·⁊ in eccl̄ia eaꝺē·
nec ob·decre·cū iā ꝺudū·nā licet q̄s poſſit plu
res pbendas hꝛe·nō tñ multitudinē·ꝑut ibi
ꝺꝛ·multitudo em̄ eſt canonibꝫ inimica·ut·e·ti·
qꝛ mtiñ·⁊ ſic intelligūt omīa gr̄ia·vel de bñfi
cijs curā hñtibꝫ aiaꝝ·⁊ ſic ꝺſuetudo gn̄alis in
ꝑꝛetat·quā ſcit papa ⁊ tolerat·vñ eā appbare
videt·ar·iij·di·ℱ·leges·vel ibi hēbat ille ſimul
dignates ⁊ pbendas·qꝝ eē nō pt̄ abſq; diſpen
ſacōne·⁊ m hac ſnia ꝺcꝛꝺat papa dicēs·qꝝ q̄s
pt̄ eē pbēdari⁹ ⁊ canonic⁹ in diúſis eccīis·qꝝꝑ
ſeq̄re ꝫm eū ꝑut no·m p̄·decre·cū iam ꝺudū·
Et pt̄ rñderi ad iura gr̄ia ꝑut no·m ſū·ꝺ·m·m
ti·de pbē·ℱ·⁊ qualit·ſub·ℱ·⁊ illud·⁊ m p̄·deċ·
cū iam ꝺudū·ꝫm eū·⁊ ꝫm hāc opi·nō eſt necia
diſpenſacō·qꝝ ſupfluū eſt pcibꝫ poſtulare·qꝝ ꝺ
iuꝛ optet ꝺūi·C·li·x·de thęſauꝛ·l·vnica·Alij aī

hęrent verbis p̄·e·ſcōꝝ·dicentes qꝝ quis poſt
hꝛe plꝛes pbēdas in diúſis eccīis ꝑpt̄ honoꝛē
pſone vel vtilitatē eccīe·ſ nō erit canonic⁹ in
ttulat⁹ niſi in vna·ar·lxxij·ꝺi·c·j·⁊·ij·⁊ ex ꝺ·p
cuꝛ·ex ſinuacōe·de iuꝛ em̄ ꝺūi ut dicūt·nul
lus pt̄ plures pbendas hꝛe·ſiue in eoꝺ epatu
ſiue in diúſis·ut·ſ·⁊ in hac ſnia fuit io·hinc ē
qꝝ q̄s in indulgentia tacet mimū ſimplex bñ
ficiū·nō valet·ut·j·ꝺ·ſ nūq̄ꝺ nocet·nō em̄ poſt
aliq̄s in plibꝫ eē collegijs ſſt·ff·de colleġ·illi·
·l·j·ℱ·fi·ex de púſt·volētes·ℱ·fi·ex de relig·do·c·
fi·nec plꝛes milicias·nec plus q̄z vni⁹ nomē oꝛ
dinis affectare·nec dignitatē ꝺūgere dignitati
ſup quo etiā nō pt̄ diſpeſatio a pncipe obtine
ri·ut·C·li·xij·qui mili·nō poſ·l·hijs quíꝺē ·ℱ· in
poſtex·nec duos honoꝛes hꝛe·ff·ad munic·li
bert⁹·ℱ·pſcripcō·ſi ģ ꝫ in laicis ⁊ ſecularibꝫ ho
noꝛibꝫ ſtatuít·multoforti⁹ ī clericis ⁊ in eccle
ſaſticis honoꝛibꝫ obtinebit·lix·ꝺi·ſi officia·xx
xviij·ꝺi·ſi in laicis·ꝫ·etiā ⁊·ꝺ·m·no·m p̄·deċ·
ꝺudū·qꝝ nulli licet hꝛe duas eccīas·quo ad ti
tulū canonicat⁹·imo ſi pmū bñficiū ſit ſuffici
ens·nō pt̄ aliud recipe ſine diſpeſacōne·ar·p
eo·j·q·ij·cleric⁹·⁊·c·paſtoral·et·c·ſe·ſup ꝫ no·
plene·ꝺ·m·m p̄·decre·ſup moꝛdiata·⁊·c·lras
et q̄zcūq̄ opinionē ſeq̄ris p receptoꝛ ſcōī ſim
plicis nō vacat pmū ipo iuꝛ· ¶ Ouplex autē
bñficiū ſeu ꝺpoſitū ꝺꝛ oīne aliud bñficiū ēcīa
epatū vſq; ad ſimplex·ſiue ſit ꝺignitas·ſiue p
ſonat⁹·ſiue plebanat⁹·ſiue aliud qꝺcūq̄ curā
aiaꝝ hns annexā·Et no·qꝝ null⁹ pt̄ hꝛe duas
eccīas ttulatas de iuꝛ ꝺūi quo ad titulū de
ricat⁹ vel canonicat⁹·vel oꝛdiacōis vel plācōis
vel dignitatis·ut ex de elec·ꝺudū·ij·vñ ſuggeſſit
vbi de ꝫ·lxx·ꝺi·ſcōꝝ·vij·q·j·hīc alti⁹·ex de pꝛe
bē·ad ꝫ·⁊·c·ſe·imo recipiēdo ſcōm cū cura·ex
quo illi⁹ poſſionē habúit·vacat pmū ipo iuꝛ·
ut ex de pbē·de multa·⁊·xxj·q·j·fiq̄s iā trāſlat⁹
licz dicāt quídā qꝝ ꝺz vacare p ſniaz·niſi vtrū
q; in iudicō ꝛtenderit retinere·ꝑut no·m p̄·de
cre·de multa·niſi in quibuſdā cāibꝫ ſpālibꝫ·in
quibꝫ pñt plꝛes hr̄i·pmo ꝑpt̄ pauptatē eccīa
rū·x·q·iij·vnio·ex ꝺ eta·⁊ qua·eā te·ex de pbē·
expoſuiſti·Secūꝺo vbi vna depēdet ab alia·ut
m p̄·ꝺ·ſuggeſſit·⁊ in p̄·c·eā te·⁊ ex de pben·
extirpāde·ℱ·j·¶ Tercio·olim ꝑpt̄ penuriā clericoꝝ
rū·xxj·q·j·c·j·ni fi·⁊·ℱ·j·j·q·vij·ℱ·ñ rigoꝛ·Quar
to·ſi vna ſit ttulata ⁊ alia ꝺmendata·ut ī p̄·
ꝺ·ſuggeſſit·xxj·q·j·q̄ plꝛes·ſ tūc in ꝺmendata
nō eſt plat⁹·ſ ꝑcur·imo vacat·nec ꝫ ꝺmēda
tari⁹ ius in ea·nec facit fruct⁹ ſuos ſ colligit·⁊
eos in vtilitatē eccīe ꝺuertē ꝺz·ar·ex de accāc·
ſi ꝺſtitit·hodie ꝺmenda eccl̄ie pꝛochialis non
pt̄ fieri indiſtincte·ut dicā·in cōſtit·ģģ·x·de e
lec·nemo·Quīto·ex diſpeſacōne dñi pape·ut
ex de pbē·de multa·ℱ·fi·xxj·q·j·relacō·¶ Sꝫ nū
quid epus diſpenſare pt̄·ut quis habeat duo
bñficia duplicia· Dixerūt·t·⁊·b·⁊ fere oīes qꝝ

ñ·ȝ solus ꝑꝑ·nt in·c·ó multa·ī fi·á ḡrio sensu
vbí dr·ċca sublimes aũt ⁊ lrãtas psonas q̃ ma
iorib⁹ sũt bñficijs honorãde cũ rō postulaũit
p sedē aplicã potit dispēsari·g̃ nō p alios·ar·
eẍ de pbũp·nōne·xxv·dí·qualis·ff·de iudíc·cũ
ꝓtor·xxv·d·illud·qú eñ tic⁹ nubẽ ũbet·omi
bꝰ alijs nubẽ ꝓhibet·ut·ff·de ꝺdíc·⁊ demō·cũ
ita·hoc idē ꝓbaẗ eẍ de cle·non resi·qr nō nulli·
vbí epus cōferēs bñficiũ hñti alíud sibe ꝑuaẗ
ptate ꝺferendi bñficiũ·ut in p·v·suggessit· Io
aũt qui multas ⁊ plixas glosas sup hac mate
ria ꝺpilaũit·⁊·d·m·cũ eo dixit·q̃ epi olim po;
terat dispēsare ut aliqs hret plres eccias·⁊ pla
bñficia cũ cura·ut·lxx·dí·scōz·et q̃ hodie idē
pñt·⁊ in p·ꝺstit·de multa·mdicit eis tñ vaga
et indiscreta dispēsacō·q̃ eñi ñ mutaẗ·q̃re sta;
re ꝓhibet·ut·ḡ·ꝓpe pn·huí⁹·ſ· Papa cē no·eẍ
de tē·or·dilect⁹·epm dispēsare posse·ut q̃s ha
beat duas eccias mtitulatas·ut ī·c·scōz·ȝ ċte
ibi nō dr q̃ sit necia epi dispēsacō·ȝ dispositō
et ꝓpt̃ h dicũt aliq nō cē in h neciam dispēsa;
tionē·qr de iur ꝺuí pt̃ quis eas hre·ut no·pm
eũ in p·decre·cũ ia dudũ·qd nō placet· Dic ḡ
q̃ aut in dispēsacōe ꝺsideraẗ vtilitas ⁊ necitas
eccīe·aut rogatiua meritoz·⁊ excellētia pso;
ne·in pmo cāu dico q̃ ꝓpt̃ necitatē vel euiden
tē vtilitatē eccīe vel psonaz ipi⁹·pōt epus di;
spensare ut q̃s habeat duas vel eē plres eccias·
ar·eẍ de ꝺcel·pbē·cũ nris·in fi·j·q·v·pñtũ·exẗ
de pben·exposuisti·d rez pmu·q̃situm·vij·q·j·
scias·eẍ de elec·in cāis·m fi·lv·dí·prisc̃is·x·q·
j·regenda·⁊ in h ꝺcordāt vm·⁊·d·m·⁊ sic pōt
intelligi opi·io·nā etiā ex hac cā posſ duas ec
clesias vnire·qd forti⁹ est·eẍ de excel·pla·sicut
vnire·Si vo in dispēsacōe hmōi ꝺsiderant me;
rita·vel fauor seu excellentia alicui⁹ psone·tūc
solus papa dispēsare pt̃·ar·eẍ de elec·inotũt
in fi·⁊ sic loquit̃ ⁊ intelligit̃ p·ꝺstitucō de mul
ta·in fi·⁊ de elec·dudũ·ij·ſ· nos igit̃·⁊ opinio
t·b·⁊ sequacũ suoz·⁊ ura ꝓ ea inducta·licz
eñ olim posſ epus dispēsare·ut in·c·scōz·ho
die tñ post latanen·ꝺciliũ nō pt̃·ut in decre·de
multa·⁊ in dec·dudũ·hec distinctō ꝓbaẗ i de
cre·ġġ·x·de elect̃·nemo·ibi·euidenti vtilitate
ipi⁹ eccie ꝛc· Sed nūquid potit epus dis·ut
aliqs habeat vnũ simplex·⁊ aliud duplex bñ
ficiũ·dic q̃ sic·qr cũ h non sit ei ꝓhibitũ videt
eē ꝺcessũ·ut eẍ de sen·ex·tiu p·eẍ de trãslac·int̃
post mediũ·ff·ex q̃·ca·maio·necnō·ſ·ȝ q̃ sim;
plicit̃·vnde·b·no·eẍ de ꝺcel·pbē·lrās·q̃ nō vi;
deẗ epis adempta ptas dispēsandi sup bñfici;
is simplicib⁹·vel sup bñficō ⁊ eccia·p ꝺstit·de
multa·⁊ bñficiũ intelligit̃ simplex·eccia vero
duplex·ut·j·v·ꝓx·⁊ idē videt̃ dicẽ papē·j·v·q̃d
si habeo·nō ḡ recipiēdo scdm vacat pmũ·licet
peccet sine dispensacōe tenendo Sed q̃rit̃ qd
bñficiũ intelligit̃ cura aiaz hre·ſ·illud cui m
est inq̃rere·corregẽ·reformare·pcipe·intdicẽ·

excōicare ⁊ absoluẽ·ar·in pre·decẽ·dudũ·ſ·tã;
dē·eẍ de of·ordí·c·j·⁊·iij·⁊·c·q̃rente·ſ·j·eẍ de
maio·⁊ obe·hijs q̃·ȝ h plen⁹ ꝓsequre fm ꝑꝑz·
ꝓut no·eẍ de of·archi·cũ sanis·quo ad h tñ lar
ge sumit̃ cura aiaz·ꝓut no·fm ꝑꝑz in p·decẽ·
de multa·nō est eñ vis sine sit eccia prochia;
lis sive capella hñs curã aliquoz prochianoz
Item nō est vis sive habeat prochianos sive
non·dum tamẽ hēat prochiã in qua habet mis
parrochie·sup quo·d·m·plures vtiles q̃stio;
nes ad meã instantiã notauit ⁊ scripsit·eẍ de
cle·nō resi·qr nō nulli· Quid si habeo pben
dã hñtē aliquã ecclìam annexã·no·ꝑꝑ·⁊·d·m
eẍ de pbē·extirpāde·ſ·q vo·q epus ⁊ quilibz
superioz potit dispēsare mecũ ut possim recipe
aliã curã aiaz·cũ dicta pbenda·dicit etiã q̃ re;
cipiēdo scdaz curã aiaz nō vacat pma pbenda
qd tñ duz videt̃·⁊ licet hac qōnē apud sedem
aplicã viderim pluries corã me ⁊ corã alijs in
iudicō agitari·nūq̃z tñ eã diffiniri vidi·multi
tñ nō appbant glosam ipius pape·nec rones
in ea notatas · Nunc aliq̃ de indulgentiaz
virtute tangam⁹·nota ḡ q̃ hñs pla bñficia cũ
cura·vel plres psonat⁹ sine dispēsacōe·irregla
ris ⁊ meligibilis est·ut eẍ de elec·dudũ·ij·⁊ d
pben·de multa· Sed q̃d si aliqs tenút pla
bñficia sine dispēsacōne·ȝ ante rps electōnis
sue ipa dimisit·nūquid cassabit̃ electio de ipo
celebrata· Papa·⁊·d·m·no·in p·decre·dudũ·
·ſ·nos igit̃·⁊·ſ·tãdē·q̃ sic·d rigore iur·ar·xxv
dí·pmũ·psumit̃ eñ simulata renūcacō ꝓpt̃ e;
lectōez subsecutã·eẍ de elec·officij·⁊ pnia sita
ta quo ad hoc nō ꝓfert·ut·l·dí·ut ꝺstitueret̃·se;
cus si d vera pnia ꝺstaret·l·dí·ferrũ·cũ ex h am
bicōis pfũptio tollaẗ·de h·ġ·ſ·pr·v·diximus·
Quid si aliqs impetrat indulgentiã q̃ cum
eius reddit⁹ sũt tenues ⁊ exiles·possit licite ar
chidiaconatũ recipe·⁊ habẽ vna cũ talib⁹ ec;
clesijs q̃s est canonice assecut⁹·hẍ·p hoc nō in
dulget̃ ei q̃ ipas eccias hēat canonice·si ꝑus ca
nonice nō hēbat·ut eẍ d elec·dudũ·ij· Quid
si archidiacon⁹ nichil de tenúitate in impetra;
tione indulgentie exp̄ssit·ȝ simplicit̃ pecijt·ut
cum obtētis possit aliud recipe ⁊ hre·hẍ·dici
pt̃ q̃ dispēsacō valz·dūmodo nō sit nimia plu
ralitas·qr tūc nō valet·nā suppримẽt tale quid
quo exp̄sso nō habuíssẽ dispēsacōez·suppssio
eñ veritatis ⁊ exp̄ssio falsitatis reddūt indul;
gentiã inualidã·ut in p·decẽ·dudũ·⁊ eẍ d ꝺsan·
et affi·qr ċca·⁊ ar·ff·de nata·resti·l·ij·eẍ de of·
or·ex pte·fiẽ ⁊ in hẍpto stingit·ut eẍ de hẍ pt̃·
sup lrās·q̃ vez est nisi falsitas sit exp̄ssa·⁊ ve;
ritas suppssa·de hijs que ċca dispēsacōez obti
nendã ꝺsistũt·ſ·quib⁹ tacitis vel exp̄ssis·eam
nō habuíssẽ·qualia sũt que in p·decẽ·dudũ ꝺti;
nent̃·puta·q̃ hēbat canonice eccias sup quib⁹
dispēsabat̃·si eñ dixíssẽ q̃ nō habẽt canonice
numq̃z obtinuíssẽ·similit̃ si nō dixisset q̃ exiles

puentus hr̃et·eā non habuſſet de facili ſ·v· ſ
nunq̃d nocet· ¶ Quid ſi mdulget alicui q̃ p̃t
obtēta·poſſit vnū būficiū cura aīaꝝ hns reci
pere·ꝛ licite retiné· Dic q̃ p hoc nō videt ſup
obtentis diſpēſatū·nā mdulgentia hmōi tāq̃
ambicōſa eſt reſtrmgenda·ut ex̃ de ꝟx pt̃·cām
q̃·ꝛ de elec·dudū·ij·C·de ſenat·l·j·ar·g̃·ff·d alí
men·ꝛ ci·le·l·ſeio amico·ſ·vxori·vbi hec dictō
p̃ter·ponit mcluſiue·ſ ibi loquit in teſtō·vbi
plenior fit mtpretacō·ut ex̃ de do·cū dilectis·
hic aūt loquūt de diſpēſacōne ſup pt̃alitate
bñficōꝝ·vbi fit ſtrictiſſima·ut p̃dixi·melior ē
ꝑ mdulgentia ſi dicat·q̃ tales eccīas que vacu
erāt p receptōꝝ alioꝝ bñficōꝝ·vel alio modo
poſſit licite retiné·ꝛ archidiaconatū vnitū re
tiné·ꝛ ip̃m licite una cū p̃dictis eccīis hr̃e·p
hāc em̃ formā ꝓuidet q̃ntū ad obtēta ꝛ q̃ntū
ad obtinēda·ꝛ etiā cauti⁹ eſt q̃ m mdulgentia
eccīaꝝ nūs exp̃mat·ut ſ·v·ꝓx·q̃ ſi hēat pl̃es
q̃ duas·nō ſufficit dicē ut cū eccīis quas obti
net poſſit aliā recipe·q̃ in hijs odioſis mdul
gentijs·verbū eccīis·ad duas dūtaxat eccīas r̃
ferret·ar·inj·q·inj·v·itē vbi nūs·Itē quo ad bñ
ficia obtinēda·cauti⁹ eſt ſi certa ſūma vſq̃ ad
quā ea ſibi recipe liceat exp̃mat·ſ nō ſufficit ſi
i mdlgentia dicat·ut cū bñficijs que hꝫ poſſit
vnā eccīam vel pſonatū recipe·ſi obtēta bñfi
cia curā hnt·reſtrmgēda em̃ eſt talis mdulgē
tia ut p̃dixi·ſic alꝰ dixim⁹·q̃ ſi impetrās hās·
cū clauſula illa·nō obſtāte q̃ alꝰ bñficiat⁹ exi
ſtit·hꝫ etiā vnicū bñficiū cū cura nō valet hā·
q̃ cū m bñficō illo opteat illū reſidē·ut ex̃ de
cle·nō reſi·q̃·ꝛ·c·ſi·nō fuit ſcribentis mtentio·
ſibi aliud bñficiū ꝺferre·niſi exp̃ſſe dicat q̃ p̃
mū curā aīaꝝ hret· ¶ Sed nūquid nocet impe
trāti mdulgētiā ſi in ea dicat q̃ obtenta q̃ fuit
canonice aſſecut⁹·poſſit licite obtinē·videt q̃
ſic·ꝓp̃t mādatū·ut i p̃·decre·dudū·dicēdo em̃
ſe fuiſſe dicta bñficia canonice aſſecutū·men
titus eſt·qđ facē nō debuit·ex̃t ut ec·bñ·c·vni
co·uſtū ꝑ eſt ut dū mentiēdo volut vſurpa
re q̃ ſuū nō eſt·pdat etiā qđ ſuū eſt·ut·xiij·q·
·j·ſ·q̃ ꝑ ꝓpe ſi·v·ut aūt·ꝛ·C·fin̄·reg·ſi aſtūtit·
ſ dico q̃ ſibi nō nocet·q̃ q̃ dixit ſe canonice aſ
ſecutū·intelligit ſic·i·p eū qui potuit ꝺferre·de
fectū aūt qui eſt in h̄ q̃ ipa bñficia ſimul reti
nere nō p̃t·papa r̃mouet dū mdulget ei q̃ ea
poſſit licite retiné·ꝛ ſic nō ob·p̃·decre·dudū·
q̃ ibi papa nō remouit defectū hmōi·ſup ob
tentis·ut dixi· Q·m·vo dicit q̃ vir aliq̃ mdul
gentia ſufficiēs inuenit·q̃ in eis bñficia ñ ſpe
cificant·ut·ꝑ·v·ꝓx·ſ ſp apponit clauſula illa·q̃
te aſſeris canonice aſſecutū·qđ eſt impoſſibile
ut ꝓbat in p̃·decre·dudū·ſ·in̄ſup· Itē q̃ tales
mdulgentie ſūt g̃ intencōꝝ dñi pape q̃ non in
tēdit in tot bñficijs diſpēſare·vnde nō valent
ut ibi·debent g̃ ſpecificari bñficia pl̃a obtenta
alit non valet·ut dicit·ꝛ niſi intelligas verbū

canonice ꝓut iā·ꝑ·dixi·imo ſiq̃s in diſ pēſacōe
taceat bñficiū q̃ztūcūq̃ ſimplex ꝛ modicū·nō
valet diſpēſacō·ꝛ remanet meligibile·vnde vi
dim⁹ p dñm clemētē p̃pꝫ·iiij·lumē iur̃·electō
nē ꝛpoſtellani electi ꝓ eo ſolo·q̃ m mdulgē
tia ſua nō fiebat mencō de q̃buſdā p̃ſtimonijs
q̃ tpe impetrate mdulgētie obtinebat·non ob
ſtante q̃ diceret a multis q̃ hmōi p̃ſtimonia
noie bñficij eccīaſtici nō erāt cenſenda·cū in ſo
la tēpalitate ꝛhſtere videant·ꝛ tūc ec̄ dixit ip̃
demēs q̃ q̃ztūcūq̃ impetrās abil̃ fit·ſi tñ ſup
p̃mit vel exp̃mit·quo exp̃ſſo vel ſupp̃ſſo·p̃n
ceps moueri potuit ad peticōez g̃re repellendā
et lrāꝫ ꝛ grāꝫ ſubꝛeptīcīā iudicabat·hinc eſt q̃
ſi hns p̃poſituram impetrat q̃ ſibi liceat alū p
ſonatū hr̃e·ꝛ ſil̃ cū p̃poſita retiné·racēs de cu
ra aīaꝝ quā p̃poſita hꝫ·nō valꝫ diſpēſacō·ſ·v·
ꝓx·nec etiā alū pſonatū curatū potit cū p̃mo
etiā ſi p̃mū curā nō hēat licite retiné·ꝛ eſt racō
q̃ in pſonatu cū cura·duo ſūt impedimenta·
vnū q̃ p ſonat⁹ eſt de q̃ ide iudicū qđ de bñ
ficio curā aīaꝝ hnte·ut m p̃·decre·dudū·aliud
q̃ curā hꝫ·ut ex̃ de p̃bē·de multa·ſi g̃ impetrat
q̃s q̃ ſibi liceat duos pſonat⁹ tenē·nulla men
tione facta de cura·vnū impedimētū eſt ſub
latū·ſ·q̃ pſonat⁹ fūt·aliud vo·ſ·de cura rema
net·ſi em̃ de duabꝫ ꝓuiſionibꝫ vna remittat·alia
remanet·ut·ff·d ſeruit·vr·p̃dī·ſi dom⁹ tua·ar·
ex̃ de vſū pal·ex tuaꝝ·ex̃ de p̃uil̃·paſtoral̃·Sꝫ
opponit·pſonat⁹ maior eſt q̃z cura·vnde ſi di
ſpenſatū eſt in maiori·p ꝛſeq̃ns in minori vel
ſil̃i·ar·ex̃ de deci·ex pte·iij·ꝛ quī ſi·ſint le·pue
nerabilē·ſx·j·ff·de reg iur̃·nō dꝫ·xij·q·j·ꝓpi
mus·ſ dic q̃ h̄ ar·fallit in p̃uilegijs ꝛ diſpen
ſacōibꝫ·ar·ex̃ de p̃uil̃·ſane·q̃ ꝓſeq̃re ſm·d·m·
ut no·ex̃ de ſx p̃t·poſtulaſti ¶ Quid ſi habens
pl̃a bñficia mmus canonice·obtinet q̃ ſibi lice
at recipe ꝛ hr̃e pl̃a bñficia nulla de obtētis fa
cta mencōne·ſx̄·licꝫ diſpēſacō nichil valeat q̃
ad ꝑora bñficia·vꝫ tñ ſibi q̃ ad ſutura·ſi ea licite
q̃ſierit·ſ papā·ar·g̃·ꝑ·v·ſ nūq̃d nocꝫ· ¶ Sꝫ q̃d
ſi in diſpēſacōe dꝫ·indulgem⁹·ut tibi liceat p
ſonatū vnū recipe·ꝛ ſil̃ cū obtētis bñficijs re
tiné·ꝛ ꝑus habuit vnū bñficiū canonice·ꝛ alia
mm⁹ canonice·ſx̄·bona eſt diſpēſacō·q̃ p eā
p̃t obtēta ꝑus licite retiné·cū q̃ſito de nouo·ꝑ
v·ꝓx· ¶ Quid ſi habens eccl̃iam cū cura·obti
nuit mdulgētiā ut ſibi liceat aliud bñficiū ec̄
ſi ſit pſonat⁹ ſimilē curā non habēs·ſi ei ꝺferat
recipe·ꝛ cū ꝑori tenē·demū ꝺferē ei archidiaco
nat⁹·nūq̃d potit illū cū ꝑori eccl̃ia tenere·vide
tur q̃ ſic·q̃ cura archidiaconat⁹ nō eſt ſimilis
imo diſſimil̃ cure eccīe·ex̃ quī ſi·ſint leg̃·p ve
nerabilē·ſ·vez·Sꝫ dic g̃·nā diſſil̃itudo iſta ad
gen⁹ nō ad ſpēs referē·de hoc dicā ex̃ de of·or·
i aſtit·gg·x·ordiarij·ſ·f· ¶ Itē ſi aliq̃s obtinuit
diſpēſa·ſup duobꝫ bñficijs cū cura obtinēdis
q̃rit de quibꝫ intelliget· ſx̄·de hijs que ꝑmo

post obtētam indulgentiā obtinebit·et si illa vel aliqđ eoꝝ dimiſit·nō licebit ei ex vi indul gētie alia vel aliud loco dimiſſi recipe fine no ua diſpēſacōe·ar·ff·de·l·iij·fideiomiſſa·g·ſiqs·x· ff·de ꝺdic·ꝛ demō·h ꝺdicō ſi·ꝛ·l· ꝺdicō·ſi·ff·de v·ſig·boues·g·j·hmōi enī indulgentie tanqm ambicōſe reſtringende ſūt·ut dixi·Ar·ḡ·qꝫ lice at ei aliud loco dimiſſi recipe·ex đ vo·magne ·g·cū igit·v·exh attēdētes·ꝛ de teſti·ſignificauerit alij alit dicūt· ¶ Quid ſi indꝰget aliqū qꝫ poſ ſit plres eccīas licite retinē·nūquid intelligit ſe cū diſpēſatū eē ut in neutra teneat reſidē·vide tur qꝫ ſic·alioqn indulgentia mutilis videret· et h videt ſentire io·put no·vij·q·j·ſiqs in cle ro·imo indulgētia h ꝓncipalit ꝺcedēvidet·illa enī videt cā ꝓhibicōis qꝫ qs neqat hre plres eccīas·qꝫ nō pt in vtraqꝫ ꝓsonalit reſidē·ꝛ p ſe curā illaꝫ agē·ut ex de cle·nō reſi·qꝫ nō nul li·ꝛ·c·relatū· Tu dic qꝫ talis indulgentia nō li berat eū qn teneat in eaꝫ alta reſidē·niſi h in ea exꝑſſe dicat·nam ambicōſa ē·ꝛ ideo reſtrin genda·ex de ꝓben·qꝫ intīn·ꝛ·c·ſe·clericus enī nūqꝫ dꝫ ab eccīa deeſſe·ut·xcj·dī·eleutherī⁹·ꝛ·c ſe·xcij·dī·c·ſi·hns igit talē indulgentiā de ꝺſi lio meo modo reſideat in hac eccīa nūc in illa· ut ſic vtriqꝫ ſatisfaciat·ut ex indulgentia lucꝫ reportet·ar·in p·c·ſiqs in clero·ꝛ đ ꝺ·di·j·ſiqs eē·ꝛ ex de ꝺſe·dī·iij·epus eē·videj·v·ſ qđ ſi in indul· ¶ Quid ſi papa dat potatē alicui qꝫ diſ ſpēſet cū aliq vel cū aliqbꝫ ſup plalitate bnfi cioꝝ·ſx⁹·ille pt diſpēſare ſolū cū ſublimi ꝑſra ta ꝓsona·nā ius dicit cū tali diſpēſand·ut ex de ꝓben·de multa·in f·ꝛ ptas hmōi ad ius eſt referēda·ut ex de ꝺſiue·cū dilecti·ꝛ de ſx ꝓpt·cāꝫ q·ſecus ſi ipe papa diſpenſet·de cuⁱ⁹ factis dī ſputare nō licet·ſacłegij em crimē eſt diſputa re vtꝫ dign⁹ ſit quē ꝓnceps aꝑbaūit·ut·C·de pena ſacłeg·l·ij·C·de diū·ſx ꝓpt·l·ſacrilegij·ex de eta·ꝛ qli·eā te·xvij·q·iiij ·g· q autē·ꝛ·c·ſe·ipe em pt de iur ſuꝑ ius diſpēſare·ex de ꝺceſ·ꝓbē· ꝑpoſuit·in fi·Alij dicūt qꝫ etiā cū non ſublimi et cū nō lrāto potit diſpēſare·ſ·g·nūc de epoꝝ v·xxxvij·qꝫ bnficiū ꝓncipis ē largiſſime intp tandū·ut ex de dona·cū dilect⁹·ꝛ ꝓcipue vbi nō ꝺcedit ad instantiā ei⁹ cuⁱ bnficiū ꝺfert·ſm ea q no·ſm ꝑꝫ·ex đ ꝓbē·c·fi·&go dico qꝫ ſi in indulgentia dꝫ qꝫ diſpēſet cū vno aut ꝓhib· nulli⁹ exꝑſſo nomie·vera eſt ꝓma ſnīa·ſi vo in ea exꝑmit nomē ei⁹ cū quo diſpēſandū eſt·tūc obtinet ſnīa ſeda·ꝑſertim vbi mādat ſimplici ter qꝫ diſpēſet certo mō ſeu ꝺdicōe nō adiectis nā tūc hꝫ obedire ꝛ exequi·nō de idōneitate p ſone ꝑ qua mādatū recepit diſputare·ut ī p· ꝺcoꝝ·ꝛ ex de of·del·paſtoralis·g·qꝫ vo·ar·tī ꝑ eo ex de ſx ꝓpt·ſi qñ·ꝛ·c·cū adeo· ¶ Quid ſi is cuⁱ mādatū vel ꝺceſſū eſt qꝫ diſpēſet cū aliqbꝫ diſpēſauit cū vno·nūquid ꝑ h eſt ptas ei⁹ ꝑ petuata·ita qꝫ poſt mortē mādatoris poſſit cū

aliis diſpēſare·ſx·obtinuit qꝫ nō·ar·g·in his q̄ no·s·g·finit·v·pone g· ¶ Sed qđ ſi in indul gētia de plibꝫ bnficijs obtinēdis ꝺtineat clau ſula illa·dūmodo in bnficio in quo nō ꝛſederit faciat idonee deſuiri·ex de of·ordi·in ꝺſtit·gg· ꝛ·ordinarij·nūquid ſi nō obſeruauit hūc mod ſeu ꝺdicōꝝ valet diſpēſacō ꝛ bnficiōꝝ collatō ꝛ receptō·ſx·valet nichilominꝰ ꝺdicō em ñ fuit appoſita datōni indulgentie vel receptōi bn ficij·imo qꝫ dixit dūmodo nō habꝫ vim ꝺdicō nis ſ poci⁹ monicōis·que licꝫ nō fuiſ ſ appoſi ta·nichilominꝰ eſt ſuanda·ar·ff·de tutel·mu to·ſiue ꝺminacōis·ut·C·comma·epl̄as ꝓgra·ꝑ totū·ꝛ no·ſm ꝑꝫ·ex de ꝓhib·c·ſi·potit tī ꝓua ri ꝓpt negligētiā·ut ex de cle·nō reſi·ex tue·ꝛ·c relatū·j·v·qđ ſi diſpēſat·ꝛ·ſ·v·quid ſi indulge tur ¶ Quid ſi hns duos ꝓsonat⁹ canonice·ex apl̄ica indulgentia recipit tcū ſine diſpēſacōe q̄rit qs de ꝓmis duob⁹ vacet·ꝛ an vtqꝫ vacet an neut·ꝛ videt eē in volūtate ꝓncipis quē de ꝓmis duob⁹ retinebit·ff·đ excu·tu·l·vj·g·ſi du as·imo videt eē in opōe recipiētis qđ retiné malit·ex de ꝑben·ꝑtea·ꝛ·c·referēte·pot dici qꝫ cū ꝓma duo habita loco vni⁹ ꝓpt indulgētiā habeant·vacat vtꝫqꝫ·ex de ꝑbē·đ multa·ꝑſer tim cū indulgentia đ plalitate bnficiōꝝ·ꝛ ipa plalitas odioſa ſit·ut·ſ·ꝛ odioſū ꝓuilegiū de facili ꝓdī·put no·ex de ꝺſtit·cū acceſſiſſent·et de deci·ſuggeſtū·nec ob·p·l·ff·de excu·tu·nā licꝫ nō ꝺꝫ quis plib⁹ tu·aggrauari·nō tī ꝑ receptō nē vni⁹ tutele vacat ꝓus obtēta·qđ ꝺtingit in bnficijs·ītē decre·ꝑtea·ꝛ referēte·corrigit ꝑ de cre·de multa· ¶ Sed nūquid hns plā bnficia cū cura·ſine diſpēſacōe·impedit eligi ad mīo ra bnficia·puta·archidiaconatū vel ꝑbendā ꝛ ſimplia·ſicut impedit ꝓpt h eligi ad maiorē dig tatē·ut in p·decre·dudū·ꝛ dicūt quidā qꝫ nō cū hoc non mutiat iur cautū·ꝛ qꝫ maior ꝑfe ctio req̄rit in electo in epm·imo collatō bnfi cij facta crimino ſo·puta·adulto tenet·dū tī ñ ſit alt irregularis·ut ex de excel·pla·mt dicōs et ar·ex de cle·ex·mi·c·ſi·ſ videt ven⁹ qꝫ de ri gore iur impediat·ſi h in iudicio deducat·ex đ ꝑben·cū iā dudū·in f·nā ē violator canonis ex de cle·non reſi·qꝫ·ꝛ canonū violator debet deici ab obtēto·ex de maio·ꝛ obe·c·ij·xxv·q·j· violatores ¶ Sed an epus potit diſpensare cū tali·ut eligi valeat ad hmōi mīora bnficia·vi det qꝫ non·cū em diſpēſare neqat ut quis pl̄a talia bnficia tenere poſſit·ut in p·c·dudū·ꝛ·c de multa·in f·multorumꝰ irregularitatē tollē potit ex h ſecutā·Quidā tī g·ar·ꝑ eis ex đ ſen ex·nup·nā·ꝛ in multis maiorib⁹ q̄ꝫ hoc ſit di ſpensare poſ ſ·ex de iudic·at ſi·s·g·nūc de epo rū·v·bijs igit·ꝛ ſe·ad h etiā bn facit qđ ibi no· in·g·lxj·quo ad epatū aūt diſpensare nō pt· ¶ Sed pone qꝫ aliqs male tenuit bnficiū·puta· qꝫ minus canonice inſtitut⁹·vel qꝫ diſpēſato

quā habuit nō fuit sufficiēs. postmodū impe-
trat indulgentiā q̄ bñficiū illud licite valeat
retinē. de pceptis eiusdē fructibꝫ. nulla penit⁹
habita mentiōe. nūq̄d remanet iste meligibil.
Ro. d. m. ex̄ de ꝟx pt. postulasti. ⁊ in p̄. dec. du-
dū. ſ. insup. q̄ sic. p eo q̄ fur ⁊ latro ⁊ ambi-
ciosus fuit. fruct⁹ ad eū nō ptinētes pcipiēdo.
ar. in. c. dudū. ꝟx. j. nec̄e est g̃ fieri in indulgen
tia de fructibꝫ mentiōz. vel dic purgatū eē vici
um illud. nā accesso sibi q̄ licite possit bñficiū
illud retinē. videt sibi dñs papa p aseq̄ns cō-
cessisse fruct⁹ pceptos. cū sit fact⁹ ver⁹ p̄latus.
unde noie eccīe nouit sibi collate suos fac̄ tan
q̄m nouus successor ⁊ ver⁹ p̄latus. x. q. ij. siq̄s
epūs. xij. q. ij. de laicis. ex̄ de testa. relatū. ij. v.
vbi aūt. unde nō mihi sibiipi ristituē tenet. ut ex̄
de of. ord. cū nos. in fi. ⁊ de p̄ben. dilecto. ſ. fi.
q̄si p canonicā adeptiōz p̄late actio acfundat. sic
p adiectōez hereditatis. ut. C. de here. act. ut de
bitū. ⁊. l. se. d. tñ me⁹ h nō admittit. nisi p veā
pniam fuerit satisfactū. qd nō placet. ꝟpt rōes
p̄dictas. ¶ Quid si dispensat cū aliq̄. ut sibi li-
ceat plures pſonat⁹ recipe. si sibi canonice acferā
tur. ipe vero eos recipit nō canonice. ꝟx. licet
peccet. ⁊ g̃ eū pcedi possit. eo q̄ illos male te
net. nō tñ q̄ plures tenet. unde papa no. in p̄. c
dudū. q̄ dispēsatiō nō viciat ꝟpt multitudinē
bñficiōz. licet quis peccet ea multiplicādo. ꝟpt
ꝟpt hoc q̄ plura bñficia curā aiaz hntia recepit
qd est puniēdus. vel ei⁹ electio cassanda. ⁊ nō
qd ex eo apparet. q̄ si dimittēt plura bñficia vi-
no excepto ⁊ post dispēsatiōez obtētā aliud re
cipiat. ambo licite rtinēt. g̃ hoc tñ facit qd no.
ſ. v. q̄d si aliq̄s habet. ¶ Rotro. d. m. no. in p̄.
ſ. in sup. q̄ insufficiēs dispēsatiō ⁊ si ius nō cō-
ferat bñficiū retinēdi. obstat tñ ordinario ne
talē puer scdo bñficiō. dū in dispēsatiōe attinea
tur q̄ possit pmū cū scdo retinē. nō obstāte cō
stitutiōe aliq̄ gñalis. ut ita q̄ si nō in utroq̄ o
pet saltē quo ad scdm. ut videlicz eo fine pape
licētia nō pueret. ar. ex̄ de aſir. vti. vel muti. c. j. ⁊
ij. qui tñ alꝫ puaret. si utrūq̄ attendēt retinē.
ut ex̄ de p̄ben. de multa. ꝟx. j. pmū aūt m h ca-
su aferre potit tāq̄ vacās. ut in. e. c. ſ. ⁊ si ultra
q̄ q̄zdū ad illud pay aut nichil dispēsatiō opa
tur. ¶ Quid iuris sit circa dispēsatiōz illegitimo
rū ⁊ irregularū q̄ntū ad eccīastica bñficia obti
nenda. no. j. ſ. postremo. ¶ In sūma no. q̄ si ha
bens plures eccīas p̄ pſonat⁹m tmio sibi p ordi
narū assignato. ñ ostēdit dispēsatiōz. potit eas
aferre ordinari⁹. vbi aūt dubitat utꝫ dispēsatiō
sit sufficiēs. dñi pape est cognitiō. ꝟx. si sufficiēs
dispēsatiō ostēdat. ordinari⁹ pudē debz ne il-
la bñficia debitis obsequiis defraudent. hec legū
tur in astit. gg. r. de of. ordi. c. ordinarij. ⁊ si il-
la habet in diuisis epatibꝫ. utq̄ eps potit ei sta
tuē tmimū supdcm put ibi no.

Postremo loco dicendū est q̄s sit dispē-

sationis effect⁹. ⁊ certe ut ea obtēta eccīastica sa-
cramēta ⁊ bñficia digne ⁊ licite recipi possint.
nulli em̄ in mortali astituto. puideri dz regula
rit. nisi pnia iā pacta. xl. di. multi. xxv. di. illud
xj. q. iij. audi. Itē effect⁹ est ut iā pmot⁹ ea ob
tenta licite suū officiū exequat. qd nō pot exq̄
mortalit peccauit. nisi post pniam obtinuerit
dispēsatiōz. q̄ sui pēsius est q̄ntū ad se. ij. q. vij.
ſ. q̄ g̃. Itē effect⁹ est ut bñficiū qd alꝫs licite
retineri nō pt. ea obtēta licite valeat retineri.
ex̄ de cle. aiu. diuisis. ⁊ de cle. pe. c. fi. ex̄ de sup-
ne. pla. lrās. Itē effect⁹ est ut sup crimie pub
lico sup quo publice dispēsatū est. non possit
quis ultius accari. ex̄ de fi. pſ. ex tua. de acc̄a-
de hijs. Si vo dispensatū fuerit in occulto. bñ
adhuc potit accari. q̄ etiā post pniaz accari pē.
xxxiij. q. ij. admonē. ex̄ de tē. or. c. fi. de h no. j. d
abolic. ⁊ pur. v. porro. ¶ Sed nūquid epūs di
spensando simplr cū aliq̄ crimioso uxē ea q̄ di-
cta sūt. s. ſ. nūc de epō. v. vez. ⁊ se. intelligit
in susceptis ⁊ suscipiēdis ordibꝫ. ⁊ in habitis
et habēdis bñficijs dispēsasse. ꝟx. sic. nā in be
neficijs ampla est dispēsatio faciēda. ex̄ de do.
cū dilect⁹. ex̄ de pūt. q̄. circa. ¶ Quid si dispē-
sat cū aliquo illegitimo q̄ valeat fieri cleric⁹.
Dic q̄ intelligit dispēsatū eē cū eo ut ad mio
res ordines tñ valeat pmoueri. de hoc no. ex̄
de fi. pſ. lrās. ¶ Quid si dispēsatū est ut ad or-
dines valeat pmoueri. ꝟx. de miorib tñ ordi
nibꝫ intelligendū eē. ar. xxxiij. di. lector. ff. de
leg. ij. minimis. pulegū em̄ tale cū sit odio-
sū restringendē. ff. de libe. ⁊ postu. cū quibus
dā. ex̄ de aſan. ⁊ affi. q̄ dilectio. ex̄ de trās lat. c
fi. gñalit em̄ dispēsationes cū sint g̃ uis aue r-
strigende sūt. ar. de pe. di. j. pene. ar. tañ g̃. q̄
large sit intrpretādū. ff. de astit. pn. l. fi. ex̄ de do.
cū dilect⁹. xij. q. j. duo. ꝟ h g̃ria loquūt i indl-
gentijs que nō sūt ꝺ̄ ius vel in alti⁹ p̄udicū.
¶ Quid si dispēsatū sit cū aliquo. ut ad aliquē
ordinē valeat pmoueri. ꝟx. nō ideo intelligit
cū eo in cetis ordinibꝫ dispēsatū. ar. xxxiij. di-
lector. xij. di. nos asuetudinē. vbi de h. l. di. qui
cūq̄ penitēs. xv. q. vl. c. j. ⁊ ij. ⁊ ar. C. de sen. pas
et resti. l. inj. pot em̄ aliq̄s hre minorē honorē.
qui nō pt habē maiorē. ff. de minor. ⁊ releg. l.
relegatoz. ſ. fi. ⁊ qui dign⁹ est minori non tñ
maiori. ut ar. ex̄ de elec. scriptū est. sic etiā licet
dispēsēt mecū in uno mrimonio g̃hendo. nō
tñ i seqnti. ut le. ⁊ no. xxxiij. q. ij. antiq̄. ⁊. xxxvj.
q. ij. si aūt. ¶ Quid si degradat⁹ est bñficio suo
p sniam puat⁹. dispēsatiue restitut⁹ est ad or-
dinē ⁊ execucōz. nūquid p aseqns restitut⁹ ē
et ad bñficiū. ꝟx. nō. nam deportat⁹ ex indul-
gentia pncipis restitut⁹ ad dignitatē. nō est p h
restitutus ad bona. ut. ff. de sen. pas. ⁊ resti. l. ij.
nisi gñalit restitut⁹ sit ad ordines ⁊ honores.
et cetera bona. ut ibi. et. C. e. l. j. que est. ij. q. iij. ſ.
notādū. in fi. cū suis acor. ⁊. e. ti. l. ij. ⁊ ar. ff. ō fui-

ru·p̄dio·l·atilicm⁹·in fi· ¶ Quid si dispensatū ē cum aliquo solū quo ad ordines· Dicit papa· q; epūs potit tali bñficiū simplex cferre·ꝫ nō cū cura nisi in dispēsacōe ctineat expsse· ⁊ sic de cuetudie obtinē videt· ⁊ sic intelligit ex·e·c·f ¶ Quid si dispēsatū est cū tali·ut ad oīs ordines ⁊ ad oīa bñficia valeat promoueri·nūq̄d quo ad dignates ⁊ plas dispēsatū eē videt· Dic q; non·ppt rōem prime dictā·nā ⁊ si mecū dispēsat in aliq̄·nō ob ꝫ intelligit eē in alio dispēsatū·ut dixi·quidā tñ dicūt q; vbi p priulegiū nulli fit priudiciū·vel modicū·tūc la te intptabit·ar·ex de deci·ad audiam· ⁊ de v· sig·olim·ꝫ tñ intptacō nō excedit metas iur̄di ctois intptantis·ff·de iur̄d·om·iu·l·fi·vbi vo fit enorme priudiciū est intptatio restringēda ex de priul·porro·⁊·c·r̄cepim⁹·d deci·suggestū de v·sig·q̄d p nouale· ¶ Sed q̄d si cum tali dispensatū est quo ad ordies ⁊ bñficiū·nūquid potit hre canonicatū vel eccīam prochialē·ꝫ nō·si p epm vel archiepm dispēsacō facta fuit ut ex de fi·pſ·c·fi·⁊ ex de cor·vic·c·ij·ex de pb· cū olim·si vo p papā·intelligit dispēsatū eē in ptēda·ex de pben·p illoy·ex de eta·⁊ qua·ac cepim⁹ ff·fi·⁊ etiā in eccīa prochiali nō tñ collegiata·ex de pbē·c·f·fm gof· ¶ Quid si dispen satū est cū aliq̄ q; sibi nō obstet defect⁹ natalū vel alius·q̄n possit honores ⁊ dignates eccīa sticas obtinē· Dic q; nō potit ppt ꝫ epatū ob tinē·qui est nō solū dignitas ꝫ culmē dignatū ut ex de pben·venabilis·ppe fi·nā dispēsacōes restringēde sūt·ut dixi·⁊ ar·ad ꝫ ex de elec·in· notuit·⁊ de pben·c·fi·ar·tñ ḡ·ex qui fi·sint leg· p venabilē·ppe pn· ¶ Quid si fit dispēsatū su p epatu·dic nō intelligi dispēsatū eē in archi epatu·xij·di·nos cuetudinē·ex de elec·scriptū q; q̄ dign⁹ est mimori non sp est dign⁹ maiori· put ibi no· ¶ Quid si dispēsatū est q; ad oia spūalia licite assumat·dic q; nō potit in epm e ligi·nā gnali obligacōe nō cprhendūt·q̄ spālit cessur⁹ eē quus nō psumit·C·q̄ res pig·obli· pos·l·j·cū ḡ hec dignitas excellēs sit int alias·⁊ spālibꝫ gaudeat priulegijs·ut·iij·q·iiij·pful·et c·se·⁊·iij·q·vj·q̄zuis·⁊·c·se·⁊ muenia ipaz alia rū dignitatū iuribꝫ nō cprhēdi·ut ex de cess·p· ben·dilect⁹·⁊ q; epus sūmus pontifex seu sac dos dr·ut de cōse·di·v·de hijs·xij·q·iij·pontifi ces·ij·q·vij·accacō·nō credo illā sub gnali ob· ligacōe seu stōe cprhēdi·ar·ex de sen·ex·q; pi culosū· ¶ Hoc eē no·q; si epus sustineat infa mē ipo iur̄·vel p sniam ademnatū·vel etiā di spenset cū eo·cū tñ dispēsare nō possit·ut·ij·q· iij·ff·hinc colligit·tñ talis nō admittet ad acca tionē uel testimoniū·cū sit infamis·ut·ij·q·j·p hibet·ex de testi·testimonia·infamis enī irre gularis est·ut·ī·ff·iur̄·v·sūt q̄s·ꝫ si epus dispē set cū alio q̄z cū infami·talis post dispēsacōez admittit ad testimoniū ⁊ accacōez·⁊ ad alios legitimos actus ⁊ in ciuili ⁊ criminali cā·⁊ ḡ clericos ⁊ alios·nā cū rōne dispensacōnis pos sit eē in ordinibꝫ suscepts ⁊ promoui ad maio res·eadē eē rōe potit accare ⁊ testificare in sac· dotes·ij·q·vij·ipi·⁊·c·testes·Ar·tñ ḡ·in p·dec· testimoniū·vbi dr q; de crime ademnat⁹ non admittit in testimoniū in criminali·ꝫ illd intel· ligo vbi dispēsatū nō est·videt tñ q; eps pos· sit restituē infamē·⁊ p seqūns tollē infamiam ut colligit·l·d·dño·v·ḡ dū·ibi·ignomia portās ⁊c·qd vr in omi crimie in q̄dispēsare pt·nā et senat⁹ tollit infamiā·ut·ff·de postula·l·j·ff·d qua·⁊ eccīa ppat senatui·ut·xvj·q·j·eccīa·Sup ꝫ aūt licet ex pncipale ppositū notabis·q; in fama alia iuris·alia facti·alia canonica·qualit vtiaq; tollat no·vj·q·j·oīs vero·⁊·c·illi q· Tu vo ꝫ ex nra doctrina tenebis q; fm canones infamia triplicit abolet·pmo·p in integ restitucōz·⁊ ꝫ directe p pncipē·q; solus directe ad famā restituit·ut·ff·de postula·l·i·ff· ceterū· indirecte aūt ⁊ p seqūns etiā p alios iudices· ut·e·l·ff·ꝫ edicto·Secdo·p dispēsacōez factā ab eo q; ptatē dispensandi hz·qñ videlz penā crimi nī debitā remittit·ut in pmissis sepi⁹ est tacta Tercio·p pniaz·⁊ ꝫ diuſimode fm diuſas opi· que no·l·di·in sūma·pz ḡ ex pmissis q; aliud est dispēsacō·⁊ aliud restitucō·ar·tñ q; idē sint ff·ff·sequnt·v·gnalit· Vtr eccīastic⁹ iudex resti tuit aliqz ad famā·no·j·de restit·in mt·ff· viden dū·v·itē iudex· ¶ Sed illud q̄rit vtr legitima tus p epm potit effugē obiectōz illegitime na tiuitatis· Dixerūt vnc·⁊·t·⁊ papa·q; sic·quo ad actus legitimos·s·q; possit esse iudex ⁊ te stis ⁊ tabellio·⁊ hmōi·in pna aūt hereditate vel in alijs nō intelligit eē dispēsatū·q; sic nō pt sup ꝫ iudicare·ut ex qui fi·sint le·lator·⁊·c· cām q̄·ita nec dispēsare pt·ar·ex de parro·nul lus·Et no·q; legitimat⁹ ⁊ restitut⁹ fame·⁊ cum quo dispēsatū est·m q̄cūq; foro·siue eccīastico siue ciuili·omia ea facē potit sup quibꝫ habuit ptatē·is q̄ legitimauit·fame restituit vel dispē sauit·potit in omi iudicō testimoniū reddē·⁊ ad ciuiles honores vocari·nisi sint talia q̄ sint in altius priudiciū·verbi grā·q; legitimat⁹ ab vno pncipe vel ciuitate·nō obtinebit ab inte stato bona hereditaria in tra que nō fit subdita legitimāti·q; sic auferent bona sanguineis defū cti vel fisco·qui dz succedē ab intestato· Itē le gitimat⁹ a iudice seculari·nō intelligit q̄ ad or dines legitimat⁹·q; promoui ad ordies nō est de iur̄dictōe laici iudicis·ꝫ si vn⁹ epus legiti met aliquē·ille potit etiā in illa dioc·promoui· q; dispēsare in ordinibꝫ cū illegitimo de iurīs dictōe est cui⁹ cūq; epi·⁊ q; illegitim⁹ promoue atur·in nulli⁹ vertit priudiciū·in alijs aūt in q̄ bus nō est necia legitimacō·fame restitucō·vel dispēsatio·ut si suus det libtam vel obnoxius nexibꝫ curie absoluat·ec ꝫ laicus ꝫ faciat·tam

ād ordies reddit aptus·liiij·di·c·j·ij·iij·⁊·iiij·
et·v·racō diūsitatis est·qz in hijs nō est delictū
vel defectꝰ·nec est in pdās aliq̄ disꝑsacō ne-
cessaria·Alij aūt dicūt qz epus disꝑsare pt̄ q̄
ad succesiōez·⁊ ec̄ intelligit disꝑsatū in hære
ditate·hocꝑo qz in ordine disꝑsat·ar·ex̄ q̄ fi-
ant le·p venabilē·ff·j·v·ptea etiā· Sed ḡ·ff·de
sent·pas·l·ij·⁊·iij·Itē ḡ·e·ti·in mſulā·vbi dr qz
vinculo pīe ptatis exempto·ideo qz filiꝰ est
in mſulā deportatꝰ si postea ex indulgētia red
ditꝰ est in pīnū soliū·⁊ pcedēs dīgtas restituta
ptas tn pīa nō videt repenta·ꝯ illa nō tangūt
hūc casū·Itē ḡ vtrāqz opinionē videt qz epus
nō habz inꝺictōez in tpalibꝫ·ex̄ de ap·si duo
bꝫ·ꝯ dic qz licet nō habeat iurꝺictōz ate cōsam-
tñ volūtariā exercē pt̄·ff·de of·ꝓcō·⁊ leg̃·l·ij·
Itē aliq̄ accedunt p aseqntiā ⁊ indirecte·q̄ di-
recte nō accederent·iiij·q·iij·ff·Itē in crimnali-
bꝫ·fui·ff·de pac·tutor·de ꝯ no·x·di·c·j· ¶ In sū
ma no·qz cessante cā cessare dz qz disꝑsatiue
statutū fuit·ut·j·q·vij·qz ꝓ remedio·⁊·c·⁊ si
illa·⁊ disꝑsacōes quas extorq̄t necitas·cessan
te necitate mutlande sūt· Que vo regularit si
unt no·ix·q·j·ab excōicatis·l·di·placuit·vij·q·j
mutacōnes·qz sane intellige·videlicz·cessante
necitate·filis disꝑsacō nō fiat·nā disꝑsacō se
mel facta nō est amplius reuocāda·ut ex̄ de filꝫ·
pb̄·ex tua·fic nec iniurie remissio·ut·xxiij·q·iij·
si illic·imo bñficiū decēs est eē mansurū·ut in
aut·colt·vij·stit·q̄ dig̃·lib·a pa·po·ff·illud ꝓ-
xxv·q·ij·q̄cūqz·⁊·l·nō cā nouū·⁊·c·institucōis·
ar·tñ ḡ·qz successor possit reuocare disꝑsacōz
apud decessorē facta·ex̄ de cle·nō resi·c·p·⁊ il-
lud est de grā ⁊ ex cā·s·ꝓpt̄ defectū clericoꝝ·
¶ Or illo ec̄ q̄rit vtꝝ absolutꝰ fit quo ad deū
is cū quo papa sine cā disꝑsat·de ꝯ·ē·ff· nūc
breuit·v·⁊ no· ¶ Qualit aūt ciuilit disꝑsatꝰ fit
crimibꝫ p impetracōz abolicōis·vide·j·d abolī·
et pur· ¶ Non est ec̄ obmittēdū·qz si irregularis
et meligibilꝭ electꝰ ꝺfirmatus ⁊ ꝺsecratꝰ est in
epm·supior ad quē ꝯ ptinet disꝑsare pt̄·ele-
ctoribꝫ ⁊ ꝺfirmatore·vel alijs nō vocatis·⁊ ta
lis habita disꝑsacōe hz canoicū ingressū nec
poterūt electores vel ꝺfirmator amodo refili-
re·ar·ex̄ de elec·cū mt̄ canonicos·in fi·⁊ de po
stula·bone·ij·ff·fi·de ꝓbac̄·p tuas·ff·p·in fi·de
hoc·ē·ff·nūc de epoꝝ·v·qd si electꝰ· ¶ Nouīs-
sime notandū est qz sñia q̄ miam vetat fugien
da est·ut·l·d·ponderet·in fi·nā iudicū sine mi
sericordia erit ei·q̄ nō vult fieri misdiā delm-
q̄nti·ut·ij·q·vij·d hijs·vltra medū·xxiij·q·iiij
·ff·ptea·misdia enī rōis est vius·⁊ plenitudo
virtutū est·ideoqz oīb est ꝓposita pfecte for-
ma virtutis·ut·lxxxvj·di·nō satis·ꝓpe fi·iuxta
illud·estote misericordes·ut ex̄ de reg·iur·c·ij·
melius ē ḡ ꝓpt̄ misdiaz dare rōem·q̄ ꝓpt̄ crude
litatē seu inclemētiā·qz vbi patfamilias largꝰ
est·dispensator nō dz eē tenax·nam si deus be-

nignus est ut q̄d sacerdos eius austerus vult
apparē·ut ꝯ legunt·xxvj·q·vlt·alligāt·⁊ in p̄-
e·nō sanis·v·meliꝰ ꝺmitatis·siqdē·nā clemēs
est ⁊ pia·⁊ ad indulgendū ꝓna·ut de pe·di·j·
qz ꝺmitatis·cuiꝰ exemplo rectores ꝓuidi ex
sua infirmitate aliorꝫ infirma pēsantes·lapsos
debent p mā̄suetudinē sublevare·ut·xlv·di·re
cedite·qz nulli claudēda est misdia·nulli pec-
cati impunitas relaxanda·ut·xxxiij·q·iiij·duo
ista·hinc est qz xps ex magne pietatis disꝑsā
tione·cadē petrū ꝓmisit·ut ex sua infirmitate
cognosceret·q̄z misericordit aliena infirma tolera
re debēt·l·di·ꝺsiderādū·⁊·c·se·hijs igit auctꝫ
iudicialis informat auctas misdiaz seu disꝑsā
cōez sequi potius q̄z rigorē·ad qd etiā acce-
dit·ix·di·sane·ff·de penis·intꝑtacōe·ex̄ de trāſ
ac·c·fi·nec enī aut seueritas aut clementie grā
affectāda est·ꝯ i leuioribꝫ cāis ꝓiores ad le
nitatē iudices eē debent·in grauioribꝫ legū se-
ueritatē cū quodā benigtatis tpamēto subseq̄
deb ēt·ut·ff·e·ti·respiciendū·ꝯ x·j·qz vera iusti-
cia ꝺpasionē hz·ut·xlv·di·vera·⁊ disciplina de-
stituit·si sine misdia teneat·ut·e·di·disciplina
in pn·ḡ platos in disꝑsacōis misdia ꝺstituit
ipa iustitia debitores·ut·ē·ff·gna·iuꝝ illd apli
disꝑsacō celestis seminis nobis inuncta est·
ut·xliij·di·disꝑsacō·nā vnit eis deus in disꝑsā
tiōe·ut·xxiij·q·iij·ecce·

De officio ordinarii. ¶ Rubrica.

Videam? ¶ Quis dicat ordinarius in-
dex· ¶ Quis eū ꝺstituat· ¶ Quod sit
eius officiū· ¶ Et quis possit esse or-
dinarius·

Ordinarius est qui iure suo·vel ꝓncipis
bñficō vniuersalit iurꝺictōz exercē pot·
·ff·de inꝺ·om·iu·more maiorꝫ·⁊ ·l·se-
q̄ locū hz i ecciasticis·ut sūt ꝓmates·archiepi-
epi·⁊ alij ecciastici·qui hnt iurꝺictōz a papa·
ex̄·e·duo·xxij·di·omnis·ꝯ·j·ex̄ d elec·sigficasti
sive in ciuilibꝫ ut duces·marchiones·comites
et hmōi·qui hnt totalē iurꝺictōz vniꝰ ꝓuicie
vel loci ab impatore·nam si vmꝰ cāe cognicō
eēt amissa·talis eēt delegatꝰ·dns papa vo est
iudex ordinariꝰ singulorꝫ·ex̄ de elec·cū nobis
olim·ix·q·iij·cūcta·ex̄ de ꝓuil·antiq̄· ¶ Itē or-
dinariꝰ est is cui vniuersitas est amissa·vnde of
ficiales epoꝝ ordinarij censent·ar·ex̄ de ap·ro-
mana·in pn·ff·de iudic·cū ꝓtor·ff·j· Gof·tñ di
cit eos delegatos·ut ipe no·in fi·de offi·vic̄·ſ
ꝓus dictū verꝰ est·pari etiā rōe camerariꝰ dñi
pape·vicecācellariꝰ·auditor ḡdictaꝝ·⁊ audi-
tor camē·ordinarij sūt·ꝑm gof·⁊·d·m· ¶ Quis
aūt dicat ordinariꝰ alicuiꝰ·dicā·j·in fi·de ape·
iudi·adic̄·ff·sequit· ¶ Quid de auditoribꝫ gna
libꝫ palacij dñi pape·nūquid sūt ordinarij·hec
qō sepe fuit cora me disputata·⁊ puto qz in au
diēdo ordinariā hnt ptatē·qz gnalis audiētia
eis amissa est a dño papa·secus in diffinitēdo·

ut dixi·s·in ti·de del·ſ·ſiā nūc·v·ſ nūquid·i fi· et ar·in aut·col·iij·de admiſtra·offic·ꝛ in aut· colē·v·ut ordi·p̄fec·ꝛ vrba·ſic eē auditori ca; mere dñi pape gñal· audiētia cāz imt curiales ventilandaz omittit a camerario·cui⁹ eſt offici alis·hinc eſt q̄ vacāte aplica ſe·camerari⁹·ma reſcalc⁹·ꝛ auditor camere·ſuā p̄nt iurdictōez exercé·ꝛ h dicit·d·m·tpe vacatōis poſt obitū dñi clemētis pape·iiij·dicēs q̄ oia illa officia q̄ fuit in·c·li·j·ordinaria fuit·ut dicā·j·d iurd·o· iu·v·infimi·parī rōe ꝛ iſta·q̄uis quida cardi; nales ḡrū tenerēt·dicētes q̄ p̄miſſi tūc d cau ſis audiebāt aucte collegij ꝛ ñ ſua·auditores aūt palacij qui vice pape viuētis cās audiūt· eo mortuo eē ceptas audire nō p̄nt·cū non ha beāt ordinariā iurdictōz·licet hēant viuente papa ordinariā cognitōz ut p̄dixi·Ar·ḡ q̄ au ditores palacij ſūt delegati·m aut·col·vj·d iu dic·ſ·iudices itaq̄·de hoc·j·de ſen·ſ·ut aūt·v· cetez ¶ Ite quilibz plat⁹ p electōz fact⁹ ordia rius eſt·ex·e·cū ab eccliaz·ꝛ ex de iudic·dec; iimus·xv·q·iiij·c·j ¶ Preterm̄iſſis aūt miseriori bz plātis·epus pot de omibz cauſis ſubditoz ſuoz platorū cognoſcé·ſm p̄pz·ut no·i p·c·cū ab eccliaz·ꝛ hac rōe videt q̄ archid·nō hz or; dinariā iurdictōz·q̄ licētiā epi req̄rit·ex de of· archid·archidiaconos·vel dic q̄ vbi cōſtituit ab vniuſitate ꝛ epo·tūc eſt ordinari⁹·nā eius iurdictio ē a lege·ar·lxiij·d·ſi in plebibz·ſecus ſi ab epo trī·nā ſolus p̄nceps facit ordinariū· ij·q·vj·ſ·qd de arbitris· Vel dic ſm vm·q̄ de legat⁹ē·ꝛ q̄ndie ſit ei omiſſio ꝛ delegatō ſic et vſuſr·q̄ndie ſtituit·nō aūt q̄ndie p̄ſcietas cō ſtituit·ſ tm̄ eo tpe quo vendicat·ut·ff·de vſu fruc·accre·l·j·ſ·ſi· ¶ Ite legat⁹ ordinariā hz iu; risdictōz in p̄uincia ſibi decreta·q̄ dic ut·ſ·ti· p̄ ſ·ſupeſt·v·q̄d de ſnia quā fert· Vtz autē morte mādatoris ei⁹ p̄cas expiret·ꝛ an poſſit p collegū reuocari·no·ſ·ti·p̄ ſ·finit· Da tron⁹ aut nō hz ordinariā iurdictōz imt libos p̄ut no·ſm p̄pz·ex de arbi·dilecti·

¶ Conſtituit aūt ordinariū p̄nceps·ut di; xi·ſ·in p̄n· ¶ Ite lex facit ordinariū·ij· q·vj·ſ·q̄ de arbitris·ff·de iurdi·o·iu·et q̄· Ite conſuetudo·ex·e·duo·xix·q·iij·queſt⁹·c· de emāci·l·j·ꝛ ſi·ex de of·archid·c·ſi· Ite vniu; ſitas nō p̄uat·ꝛ tūc lex dat ſibi iurdictōez·ar· lxiij·di·ſi in plebibz·in aut·d defen·ciui·ſ·nos igit·colē·ij·c·de iurdi·om·iu·p̄uatoz·ex de ex ceſ·pla·ad h·ex quo pz q̄ quilibz plat⁹ qui ſit p electōz iurdictōz ordinariā habz·exq̄ habet admiſtratōz·ut dixi·ſ·ſ·p̄r·p̄miſſa p̄bant·ff·d iurd·om·iu·moze·ꝛ·l·ꝛ q̄·ꝛ vide·j·de iurd·o· iu· Ite ex p̄miſſis pz p̄lates ꝛ rectores qui in italia eligunt·hre iurdictōz ordinariā· ¶ Nun q̄d ḡ epus pot facé ordinariū·videt q̄ hic·q̄ pt alicui omitté vniuſitatē cāz·ut·ſ·dixi·de h no·ex ne pla·vi·ſuas·c·ij·

Officū ordinarij ꝛ cuiuſlibz iudicis la tiſſimū eſt·ut dicā·j de of·iudi·debz eñi cucta diligent mq̄rere·ꝛ rez ordinem plena mq̄ticōe diſcuté·ut·xxx·q·v·iudicantē· Ite tutū locū ptibz aſſignare·ij·q·ij·c·vlt·ex d ap·ex pte·timoré a teſtibz ꝛ a ptibz remoué· iij·q·ix·hortañ·ex de ſpon·cū locū·dilacōes p ut viderit expedire moderari·ex de ap·cum ſit romana·ff·de re iudi·l·ij·ff·de iudic·nōnunq̄z v·q·iij·ſi egrotās· Ite incidētes qōes p ſuā imt locutoriā tm̄iare·ꝛ imtlocutorias cū expedire viderit reuocare·ex de ordi·cog·c·j·ff·de re iu· q̄ iuſſit·ex de ap·cū ceſſante·de acc ac·qualit·ij de re iudi·ad aplice· Ite negocia ſnialit diffmi re·ꝛ ſuas ſnias ꝛ ſuoz delegatoz· Ite ſnias de legatoz p̄ncipis·ſi eis mūctū fuerit execuōi debite demādare·ex de offi·del·q̄renti·ꝛ·c·pa; ſtoralis·ꝛ·c·ſi q̄n· Ite curā ſubditoz hre·viij·q j·qui epatū· Ite ſingulos iuuare·ꝛ cūctis velle p̄deſſe·viij·q·j·clemēs· Ite alienā necitatē ſuā extimare·lxxxvj·d·fratrē· Ite ius ſuū vnicuiq̄ reddé·xij·q·ij·deuotiſſimā·c·de ap·eos q̄·hx·j et ſine delāu p̄ſonaz·ex de iudic·nouit·ppe fi· ex de ſta·mo·c·ſi·m p̄n· Ite delinq̄ntes canoni ce punire·ex·e·c·j·ꝛ·c irrefragabili·ſ·ſi·de vi·ꝛ ho·cler·ut clericoz·ſ·p· Ite ſcelera inq̄ré·ꝛ ea inuenta punire·ex·e·c·j· Ite gratis ꝛ ſine expē; ſis ius reddé·ex de vi·ꝛ ho·de·cū ab omī· Ite m correctōibz ꝛ penis miſcdiam adhibé·xlv· di·omīs·ꝛ·c·licet·ex de pur·ca·imt· Ite ſpectat ad eū que ſūt de lege dioceſana ꝛ iurdictōis· q̄ dic ut ex·e·dilect⁹ fili⁹·ꝛ·x·q·j·m ſūma

Poteſt aūt eē ordinari⁹ quicūq̄z nō p̄hi beť·qui aūt p̄hibeant·ꝛ de excepcōibz ḡ eū operentibz·dixi·ſ·ti·p̄r·ſ· recuſari in omibz cāibz eiuſdē·ſ·ꝛ in multis qui ſūt in ·ſ·ibidē ſe· ¶ Quid ſi aſenſi in iudicē nō meū· nūq̄d poſſū añ lit at·reſilire·ſ·hic·ſm io·ꝛ·h· ff·ſo·ma·hic·dotē·ſ·eo tpe·ſ poſt nō·ſm gof· ff·de iurdi·om·iu·ſi ꝛuenerit·ſm bar·q̄ eſt ve nerialis·ꝛ videt expedita ex de ſo·ope·ſignifica; ſti·ꝛ de h dic ut·j·de ope·iu·adic·ſ·j·v·xxij·ꝛ ſe· et v·x·ꝛ ſe· ¶ Queritt an excepcōes de impoté tia iur vel facti ḡ ordinariū admittant·ſ·nō q̄ndiu in dig̃rate tolerat·ex de coha·cle·ꝛ mu· uta·ꝛ·ſ·t·p̄r·ſ·ſi· Ite q̄ eſt ēminoſus·niſi exa; peret de exc̄one·in qua eſt ſpāle·ex de of·del· cū ſup·ꝛ de elect·nichil eſt·ſ aūt delegatū locū hñt·ut ex de ſpt·ſciſcitatus

DE AVDITORE· RVBRICA

Vditor eſt is cui ab aliq̄ iudice ali; quid de medijs cāe omittit·puta·ali q̄s cert⁹ articul⁹ audiēdus ut exami nand⁹·ut dixi·ſ·d iudi·del·ſ· ſequit ibi etiā no·an hēat cognitōz q̄sne valeat recu ſari·de ptū deputād⁹ eſt aſſenſu·nec ab eo ap; pellat niſi modū vel fines mādati excedat·vel niſi merito ſit ſuſpect⁹·ex de of·del·ſup cōnū

·ℱ·verū·ꝛ·ℱ·se·in fi·ij·q·vj·a úbicib⁹·in curia aūt romana audito⁹es dñr·qui alio⁹ vice cās exammāt·ꝫ sine illo⁹ mādato pīatē diffmiē; di ñ hñt·vnde ꝛ gn̄ales auditores palacij do; mini pape·vice ꝛ loco ipi⁹ dñi cās examināt et audiūt·ꝛ postea eidē dño·referūt·ut ꝑm ei⁹ imptū ꝛ bñplacitū·snias ei⁹ aūcte ꝓmulgent ꝛ cās decidāt·ad mstar moisi·ut ex̄ de re iudi· cū etni·ꝛ dixi·s·de iudic·del'·ℱ·seq̄t·v·itē ñ ob· ab eo⁹ snijs tñ appellat·ex̄ de ap·cū cām·Vtr⁹ aūt sint ordinarij dixi·s·t·pr·ℱ·j·Itē q̄ de assel soribꝫ·j·m ti·pr·dicent·hic repetita eē intelli; gant·¶ Officiū aūt auditoris est·exeq̄ qđ mā dat·ex̄ de re iudi·cū b'told⁹·ex̄ de offi·del'·sup qōnñ·¶ Excipit ḡ auditorē q⁹ grauat alīā ptē vel q⁹ mandati fines excedit·vel q⁹ est merito suspect⁹·ꝫ si dat⁹ sit de ptū ꝺsensu·nō pt nisi in p̄dās cāibꝫ recusari· Pot etiā excipi ḡ audi torē de hijs q̄ ḡ iudicē l' arbitr⁹ excipi pñt·ꝑm gof.

DE ASSESSORE.

¶ Ex·

MOdo huⁱ⁹ matie noticiā videndū ē·

¶ Quis sit assessor ¶ Quis eum de bet eligé· ¶ Qual' debet eē· ¶ Quod sit ei⁹ officiū ¶ An possit rcipe sala riū· ¶ Et de pena assessoris delmāntis

MAsessor est is quē ille qui iudicādi po testatē hꝫ sibi associat·ut sibi i cāe cog nicōe assideat l' assistat·et eū ad recte decidēdū cām instruat·ut·C·de ass'e·l·j·is aūt al'r vocat ꝺsiliari⁹·ut·j·de ꝺsilij req̄ē·

ELigit aūt a iudice ut pꝫ·s·i descp̄cōe·vtr⁹ tñ ꝺsuetudo tꝫ i pleriſq⁹ locis·ꝛ ꝺgruit rōm ꝛ iuri·ꝛ tuti⁹ ē ut de assensu ptū eligat·xxiiij·q·j·nō sane·ne q̄ ptū eū postmo; dū valeat recusare·ꝛ ne sub suspecto iudice litigare cogat·ut in p̄·l·ꝛ ar·ex̄ de offi·del'·sup qōnū·ℱ·vtr·ꝛ·ℱ·se·ij·q·vj·placuit·xj·q·j·c·iij· exquo em̄ semel elect⁹ est·nō pt nisi ex cā im; ꝓbari·C·d' assel·nemo·ꝛ·l·liceat·xxxij·q·v·hoꝛ rē d⁹·ff·d' mu·ꝛ ho·l·honoꝛ·ℱ·si·viij·q·ij·dilās simi·Si vo ñ ꝺcordaúint ptes·iudex eligat ꝓ ut viderit expedire·ar·ex̄ de ap·cū spāli·ec eis muūs·q⁹ iudiciū reddit in muūtū·ff·d' v·ob· int stipulantē·ꝛ m h ꝺcordāt·b·ꝛ·g·in·c·sup q̄ stionū·Inno·pap·iiij·dixit q⁹ iudex tm̄ dꝫ eum eligere·qui de ei⁹ facto teneat·ut·C·de assel·l·j· et·l·null⁹ iudicū·ꝛ h apud nos ꝟuat

DEbet aūt esse integri status ꝛ fame·nō ꝟpitudine notat⁹ vel infamis·ff·de of· ass'·l·ij·C·ad dignit·negꝫ·nō suspectus alit ptū·si em̄ eet recusari possꝫ·cū ptcipet iu; risdictōꝫ iudicātis·ff·de of·assel·l·j·ex̄ de of·de leg·sup qōnū·ℱ·vtr·ꝛ·ℱ·se· Itē si grauat ptē· pot ab eo appellari·ex̄ de ꝓuis'·ex pte·licet ibi in iudicib⁹ loquat·excōicat⁹ aūt nō pt eē assel sor·sicut nec iudex ꝓpt ꝺūionis ꝑiculū·multa etiā alia pñt ḡ eū excipi·q̄ collige·s·in rub·d' iu dic·del'·ℱ·si· ¶ Sed nūq̄d cleric⁹ pt eē assessor·

